

S. Lib. vii. metaphysice.

cundum esse: sed separatas a materia secundum rationes. **E**t metaphysica considerat res separatas a materia et secundum esse et secundum rationem. Idem vult commentator magis expresse: quod theorice scientie id est speculativa sunt alias scientias desideratae: et metaphysica theorica.

Si omnia substantia est mobilis phisica est philosophia prima sed si aliqua substantia est immobilia illa est prior, et scientia de ilia est prior quam physica.

De ente per accidens non est speculatio.

Entium quedam sunt semper: quedam frequenter quedam autem raro, et ista sunt entia per accidens et casualia et fortuita: ex quo habetur quo omnia non conueniunt et necessitate.

Bonum et malum sunt in rebus verum et falsum in anima vel in mente.

Ens quoddam est per se quoddam per accidentem.

Entium per se aliud est in anima aliud extra animam. **E**ns extra animam dividit in deinceps predicatione que sunt: substantia qualitas, &c.

Auctianus primo phisicorum questione prima in response ad primus argumentum dicit quod duplex est ens per accidentem quoddam enim est cuius unio non habet causas per se et determinatas vi homo abus, et de tali loquitur Aristoteles. vi. metaphysica, dicens quod de ipso non potest haberi scientia: aliud est ens per accidentem cuius unio habet causas per se et determinatas sicut corpus mortale cum mobilitate insit mobili per principia intrinseca eius, et de tali ente per accidentem potest haberi scientia.

Commentatoris.

Naturalia sunt in quorum dissimilitudine accipitur ens in materia.

Divina sunt in quorum dissimilitudine accipitur deus.

Holuntaria in quorum dissimilitudine accipitur voluntas.

Licet omnes scientiae nobiles sint tamen scientiae diuinae nobilior est omnibus aliis: quia substantium eius est nobilior substantio omnium aliarum scientiarum.

Res immobiles diuinae sunt cause rerum diuinorum mobilium in deo corporum celestium.

Sepsum metaphysice

Accidentia non sunt entia nisi quia sunt entia. **S**ubstantia est prior accidente cognitione definitione et tempore.

Abateria non est quid: nec quantum: nec quale nec aliquid eorum quibus ens est determinatum.

Disciplina fit omnibus per magis nota nobis.

Dissimilitudo est oratio indicans quid est esse rei per essentiam.

Dissimilitudo accidentium fit per per aditamentum. scilicet substantia: unde accidentis dissimilitudo per aliquod extraneum a sua natura scilicet per substantiam.

Complexiuorum, i.e. complexorum non est dissimilitudo sed simplicitudo terminorum.

In entibus per se idem est quiditas et habens quiditatem.

Omne accidentis concretum duo significat. scilicet formam accidentalem et substantium eius. si eum album significat albedinem et substantiam eius. scilicet albedinis.

Omnia que sunt: sunt vel a natura: vel ab arte: vel a casu.

Abateria est qua res potest esse vel non esse.

Et sanitas in anima: fit sanitas in corpore.

Abateria non fit nec forma: sed compositum totum.

Particulare generat particulare: sed unius parte nec generat nec generatur.

Puniuersalia non sunt separata secundum esse a particularibus. ut volutus plato: sed sunt in eis secundum esse: quod praedicantur de eis quidditative. vel praedicatione dicente: hoc est hoc.

Omnis praedicatione est a forma.

Omnis partes dissimilitudinis sunt forme.

Natura humana non est nisi in his carnibus et in his ossibus.

Senerans et generatum conueniunt in specie et sunt viuocata.

Sperra facit ad generationem: sicut ars ad artificialia.

Diffinitio est sermo habens partes.

Nihil conuenit uno tantum nomine diffiniri.

Singularem non est scientia nec diffinitio: quia quando recessant a sensu: nescit virum sicut vel non sicut.

Materia secundum se est signata.

Nihil aliud oportet esse in diffinitione nisi genus et differentias.

Diffinitio est una per ultimam differentiam.

Ex duobus entibus in actu non fit tertium.

Actus separatus distinguit.

Forma est causa essendi rebus. unde forma dat esse rei.

Comentarioris.

In dividuum substantie est prius individualia a cedentium.

Substantia individualia et demonstrata non est una nisi per formam.

Forma est prior inesse quam materia et quam compositum: quia materia vel compositum nihil est actu nisi per formam.

Sicut in corpore formato non congregantur forme simul in actu: sic nec in anima.

Impossibile est quod forme separatae transmutent aliquam materiam immediate: quia nihil transmutat materiam nisi corpus.

Causa multiplicationis individualium ab uno generante est multiplicatio materialium in partes: in quas agens agit.

Proprium est substantia inter omnia predicamenta: ut ante substantiam generata sit alia substantia agens sibi similis: sed non est necesse ut ante qualitatem generatam sit alia qualitas agens: sed est aliud ante qualitatem quod est potentia quale scilicet materia.

Materia non cognoscitur per se sed per formam.

Quinescire rem nullum nomen imponit ei

quia nupsus imponit nomine ei quod nescit unde habemus quod rebus taurua nobis nos nomina tantum imponimus.

Forma non est elementum nec ex elementis: sed substantia addita elementis. Id deinde cit Aristoteles.

Ora vni metaphysice.

Mones substantiae sensibiles materiam habent.

Triplex est substantia scilicet materia: forma et compositum.

Substantia ideo est forma substantialis dat esse rei.

Diffinitiones quedam sunt per materiam: quedam per formam: quedam per virtutem: et ille tantum sunt perfecte.

In separatis a materia idem est quiditas et habens quiditatem: sed in aliis non sunt idem sed differunt.

Forme: species: et diffinitiones: sunt sicut numeri: quia sicut in numero addita unitate vel ablativa non manet eadem species: sed alia et alia. sic ablativo vel additivo aliquo in diffinitione speciei et forme rerum: non manet eadem res sed variatur.

Item sicut numerus non suscipit magis et minus: sic nec diffinitiones: nec species nec forme nec magis nec minus suscipiunt.

Licet omnium sit causa materia prima: in cuius licet est materia propria.

Si agens fuerit diversum et materia diversa compositum etiam erit diversum.

Formae quedam naturalia non habent materiam: vel si habent non habent taliter quam generabilita et corruptibilita sed solum habent materiam mobilem secundum locum.

Non omnium est materia sed quorum est generatio et transmutatio ad invicem: quia quecumque transmutari non possunt non habent materiam.

Causa unitatis diffinitionis est: quod una pars eius est ut materia: alia vero ut forma: si causa unitatis materie et forme non est nisi quod unum eorum est in potentia: aliud vero